

pita earū mitris uersicoloribus operuit: plurimū q; picturæ primus contulit. Siquidem instituit os ad adentem dentes ostendere: uultū ab antiquo rigore uariare. Huins ē tabula in porticu pompeii: quæ ante curiam eius fuerat in qua dubitatur ascendentem cū clypeo pinxerit: an descendentem. hic delphis ædem pinxit. Hic & athenis porticū quæ poecile uocatur gratuito: cum partem eius mycō mercede pingeret. Vnde maior huic auctoritas. Siquidem amphictiones: quod est publicū græciæ conciliū: hospitia ei grauita decreuere. Fuit alius Mycon: qui minoris cognomine distinguitur: cuius filia Timarete & ipsa pinxit. nonagesima autem olympiade fuere aglaophon Cephisodorus phylus Euenor pater parthasii & præceptor maximi pictoris: de quo suis annis dicemus. omnes hi iā illustres uō tamen in quibus hæere exposito debeat festinans ad lumina artis in quibus primus resulsit. apollodorus atheniensis nonagesimatertia olympiade. Hic primus species exprimere instituit. primusq; gloria penicillo iure cōtulit. Eius ē sacerdos adorans: & aiæ fulmine incensus qui pergæi spectat hodie. neq; ante eū tabula ullius: ostenditur. quæ teneat oculos. ab hoc artis fores apertas. Zeus heracleotes intrauit olympiadis nonagesimæ quinquagesimæ anno quarto audentemq; iam aliquid penicillū: de hoc adhuc loquimur: ad magnā gloriā perduxit. a quibusdam falso in octocesimonōa olympiade positus: cū fuisse necesse est Demophilū hymereū: & neseam thasium. Quoniā utrius eorum discipulus fuerit ambigitur. in eum apollodorus supradictas uersus fecit. artem ipsis ablatam. Zeus in ferre fecit: opes quoq; tantas acquisiuit: ut in ostentatione earum olympiæ autem litteris in palliorum tesseriis intextū nomen suum ostentaret. postea donare opera sua instituit. q; ea nullo satis digno pretio permutari posse diceret. sicuti almenam agrigentinis: pana archelao. Fecit & penelopem: in qua amores pinxisse uidetur: & athletam. adeoq; sibi in illo placuit ut uersum subscriberet celebrem ex eo inuisurū aliquē facilius q̄ imitaturū. magnificus est iupiter eius in throno astantibus diis. Et Hercules in fatis dracones strangulans almena matre coram parente: & amphytrione. Deprehenditur tamē zeus grandior in capitibus articulisq;. alioquin tantus diligentia. ut agrigentinis factur⁹ tabulā quā in templo ianonis laciniæ. publice dicarent. inspexerit uirgines eorū nudas. & quinque elegerit. ut quod in quaq; laudatissimū esset: pictura redderet. pinxit & monochromata ex albo. æquales eius & æmuli fuere timanthes. androcydes: eupompus. parthasius.

mores alii

De uibus per picturam deceptis & quid difficillimum in pictura. Cap. x.

Descendisse hic cū zeuside in certamen traditur: & cū ille detulisset uuas pictas tanto successu. ut in scenam aues aduolaret: ipse detulisset linteum pictum traditur: ita ut ritate representata. ut zeus alitū iudicio tumens flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam. atq; intellectu errore cōcederet palmā ingenuo pudore: quoniam ipse aues sefellisset. parthasius autē se artificem. Fertur & postea zeus pinxisse puerū uuas ferentem: ad quas cū aduolarent aues: eadem ingenuitate processit iratus operi. & dixit uuas melius pinxi q̄ puerum nam & si hoc cōsumassem aues timere debuerant. Fecit & figlina opera. quæ sola iam ambracia relicta sunt. cū iude musas Fuluius nobilior romā transferret. zeusidis manu Romæ Helena est in philippi porticibus. Et in cōcordiæ delubro Marsyas religatus. parthasius ephesi natus. & ipse multa cōstituit. primus symmetriæ picturæ dedit primus argutias uultus: elegantiam capilli. uenustatē oris confessione artificū in lineis extrem⁹ palmā adeptus. Hæc est in pictura summa subtilitas. corpora enim pingere & media rerum est quidem magni operis: sed in quo multi gloriā tulerint. extrema corporū facere. & desinētis picturæ modis includere. rarū in successu artis inuenitur. ambire enim debet se extremitas ipsa. & sic desinere. ut permittat alia posse: ostendatq; etiam quæ occultat. hanc ei gloriā cōcessere antigonus & xenocrates: q; de picturis scripserē prædicantes quoq; non solū cōfidentes. alia multa Graphidis uestigia extāt in tabulis ac membranis. ex quibus proficere dicunt artifices. minor tamen uidetur sibi cōparatus in mediis corporibus exprimendis. pinxit & dæmonē atheniensū argumento quoque ingenioso. uolebat nanque uarium iracundū iniustum inconstātem. eundem uero exorabilem. clementem. misericordē excessum: gloriosum: humilem. ferocē. fugacemq;. & omnia pariter ostendere. item pinxit & Thesea qui Romæ in capitolio fuit. & nauarchū thoracatū. & in una tabula quæ est rhodi. meleagrū Herculem. perseam. hæc ibi ter fulmine ambusta. ne oblitterata hoc ipso miraculum auget pinxit & archigallū. quam picturam amauit tiberius princeps atq; ut auctor est Decius eucleo. lx. festeriis æstimatam cubiculo suo inclusit. pinxit & cressam nutricem. infantemq; in manibus eius & philiscū & liberum patrem astante uirtute. & pueros duos. in quibus spectatur securitas & simplicitas ætatis. itē sacerdotē astante puero cum acerra & corona. Sunt & duæ picturæ eius nobilissime hoplitides. alter in certamine ita decurrens. ut sudare uideatur. alter arma deponens ut anhelare sentiat. Laudatur & aneas castorq; ac pollux in eadem tabula. item thelephus achilles. agamēnon. Vlixes fœcundus artifex. Sed quo nemo insolentius & atrogantius sit usus gloria artis. na & cognomina usurpauit. ab-